Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-301805-p0001-2

1. Schütze / Heinr: Carl: / gratulation zu gr: Christian Friederich zu Stolberg geburtsf. 1746.
2. Wigand / Carl Chr: / desgleichen.
3. Eberhard / Joh: Petri: / desgleichen.
4. Jacobi / Christoph: Gottfr: / gratulation zu gr: H. C. zu Stolberg geburtstag 1749.
5. Hansen / Ludew: / gratulation zu Königl. Friederich. V. in Dännemarc geburtstag 1749

6. a. gratulation zu der Roeverischen Eheverbindung, 1742.

6. b. Wigand / Carl. Chr: / gratulation zu der Waitzischen Hochzeit. 1747.

7. Gottsched / Joh: Christoph: / desgleichen.
8. Bienerod / C. S. F. / gratulation zu der Röckerischen Verehligung. 1747.
9. Herr / Joh: Dan: Gottl: / gratulation zu der Wilhelmischen Hochzeit. 1748
10. Pappe / Justi Joseph: / desgleichen.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-301805-p0002-7

43

PIIS BEATISSIMISQUE MANIBUS

CELSISSIMI QUONDAM AC ILLUSTRISSIMI COMITIS AC DOMINI,

DOMINI HEINRICI AUGUSTI,

COMITIS STOLBERGÆ, KOENIGSTEINII, RUPEFORTII, WERNIGERODÆ, HOHENSTEINII, DOMINI MUNZENBERGÆ, BREUBERGÆ, AIGMONTII, LOHRÆ AC KLETTENBERGÆ,

DANNEBROGICI ORDINIS EQUITIS,

DOMINI SUI, DUM VIVIRET, GRATIOSISSIMI,

DIE XIV. SEPTEMBRIS PLACIDO FUNCTI FATO

SOLENNES CUM CELEBRARENTUR

EXEQUIÆ,

FLORES HOSCE FERALES

AD TUMULUM

DEBITI CULTUS & OFFICII ERGO

DEVOTISSIMA SIMUL AC LUGUBRI MENTE

SPARGERE VOLUIT

SERENISSIMÆ CELSISSIMÆQUE DOMUS

STOLBERGENSIS

AD CINERES SUBJECTISSIMUS, OBSEQUIOSISSIMUS

ANDREAS FRIEDERICUS STIEBER,

à CONSILIIS AULÆ & JUSTITIÆ.

MEINUNGÆ TYP. EXPR. ANNO R. S.
M DCC XLVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-301805-p0003-3

† † †

Quisquis ſecura forſan mente & celeri pede
hoc præteris monumentum,
Viator!
ſiſte, quæſo, parumper gradum,
paucaque verba lege:
Poſita hic ſunt ſacra oſſa
Celſiſſimi quondam Comitis ac Domini,
DOMINI
HEINRICI AUGUSTI,
Comitis Stolbergæ, Kœnigſteinii, Rupefortii, Wernigerodæ ac Hohenſteinii, Domini Epſteinii, Munzenbergæ, Breubergæ, Aigmontii, Lohræ ac Klettenbergæ,
Dannebrogici Ordinis Equitis,
Et generis antiquitate & ſanguinis ſplendore
ILLUSTRISSIMI.
Illuſtriſſimum enim nomen Gentis
STOLBERGICÆ,
Nobiliſſimumque inter nobiliſſimos Germaniæ Proceres a primis fere temporibus ſtemma fuiſſe,
Quis eſt, qui ignorat?
Quæ Princeps Patriæ Familia?
Quæ Domus Sereniſſima?
Cui non ſit proxima vel conſanguinitate
vel cognatione juncta?
Percurre
Omnium omnes generationis Tabulas,
Ubique Celſiſſimæ Stolbergenſis Gentis
ſanguinem mixtum reperies!
Bavarica, Palatina, Saxonica, Brandenburgica, Luneburgica, Megapolenſis, Wurtenbergica, Haſſiaca, Anhaltina, imo Regia Danica & Svedica,
monſtrabunt tibi hac ſtirpe ſatas
copulatasque illi.
Jam ineunte ſeculo decimo Judita, ſeu ut alii malunt, Hildegardis BILLUNGI fortiſſimi Obotritorum Regis, cui Megapolenſes Duces originem debent,
UDONI Stolbergenſi nupta.
Non multo poſt SOPHIA Brandenburgica OTTONI.
Seculo decimo quaro JUTHA Saxonica HENRICO.

Nec non
e Gente Bavarica ALBERTO
ELISABETHA Wurtebergenſis HENRICO SENIORI,
Hujusque ſoror ELISABETHA WILHELMO Brunſvicenſium Duci.
LOUISA CHRISTIANA Haſſo-Darmſtadenſis CHRISTOPHORO LUDOVICO.
Et
reliquis tandem omiſsis,
CHRISTIANA Meclenburgenſis
ad votum & Solatium Sereniſsimæ Celſiſsimæque Domus, adhuc
diu faxit DEus, ſuperſtes.
Corona Senectutis,
Illuſtre virtutis pietatisque non fucatæ
exemplar,
LUDOVICO CHRISTIANO,
Communi beatiſsimi Defuncti,
Sereniſsimique ac Celſiſsimi Fratrum
regentium Parenti.
Plures addere in re manifeſta ſupervacuum, imo vanum videretur.
Præprimis,
Cum de hac naturali ac terrena nativitatis
præcellentia non unquam glorioſus fuerit.
BEATISSIMUS NOSTER,
poſtquam aliam de cœlo ortam expertus
Nativitatem,
non Regis aut Principis mundani,
ſed
Regis Regum & Domini Dominantium natos ac hæredes efficientem,
non brevi hoc ſpacio,
ſed in æternum valituram.
Hem Viator!
ex hoc clauſtro te admonentem
reſpice!
Vana ſunt, levia ſunt, caduca ſunt,
quæ illuſtris forſan in hac vita confert nativitas,
non morienti nec mortuo profutura.
Alia opus!
â divina Tibi expetenda gratiâ,
divino acquirenda auxilio.
Hæc
tibi gloriam, hæc tibi voluptatem,
hæc tibi felicitatem dabit,
à nullo unquam hoſte, nulla ægritudine,
nulla fortuna, imo nec morte
ipſa aufferenda!
Hæc
te Civem cœleſtis faciet Civitatis,
longe eminentioribus privilegiis
ornandum!
Per hanc
Ipſi divinæ unitus Majeſtati, divino
cretus ſanguine,
nec ultimum fatum, nec extremum
metues judicium.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-301805-p0005-4

Hanc itaque ut conſequare,
Nulli parcito curæ, vigilantiæ, prudentiæ!
Propera & præpara te!
Omnem horam ultimam puta!
ne tibi inopinanti & oſcitanti ſuperveniat.
Brevis vita eſt, ſed recte
utenti ſatis longa.
vel Meo diſcito exemplo,
non generis antiquitas, non ſanguis illuſtris,
ſed ſanguis Salvatoris noſtri
in ultimis ſolum recreat.
hôc omnes dolores, omnem ægritudinem,
imo ipſius mortis horrores ſuperabis feliciter.
Non dant caduca quietem!
Aſt æterna nactus quieſco.
Per quinquaginta unum annum & tres fere menſes ſaltem vitam duxi,
ſplendidam & ego miſeriam, ægram, variis fortunæ vicibus obnoxiam conqueſtus.
Jam vero vitam vivo vere
vitalem.
Ut idem poſsis, prudenter age, & reſpice finem!
Vale ergo Viator!
& qui ego ſum, te futurum penſita.
Et Tu Conjux Dilectiſsima, Vale!
Vale Filia Chariſsima!
Valete Conſanguinei æſtumatiſsimi!
ſit DEus vobis
Maritus,
Parens,
Amicus.
Nos autem, Beatiſsime!
Sacramus Tibi ultimum:
lacrymas!
Lacrymas non Gentilium, ſed Chriſtiano more profuſas,
&
ſpe Te reviſendi aliquando temperatas.
Interim
Poſtremum Tibi dicimus: Vale!
Non terrâ gravi, requie fruêreque beata!
Cuſtodiet cineres Ipſe Jehova Tuos.
Nil reſtat!
Nos Te ſequemur omnes, quocunque
placuerit Numini ordine,
quod ut feliciter fiat!
Viator
Memento mori.

✝ ✝ ✝

78 M 348

ULB Halle 3
003 901 70X

D

Sb.

Nr. 4, 25a, 37a, 96, 98 + 101 sind Hs

Rotr ✓

23

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-301805-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-301805-p0008-1

43

PIIS BEATISSIMISQUE MANIBUS

CELSISSIMI QUONDAM AC ILLUSTRISSIMI COMITIS AC DOMINI,

DOMINI HEINRICI AUGUSTI,

...ERGÆ, KOENIGSTEINII, RUPEFORTII,
...Æ, HOHENSTEINII, DOMINI MUN-
...Æ, BREUBERGÆ, AIGMONTII,
...RÆ AC KLETTENBERGÆ,

...ROGICI ORDINIS EQUITIS,

...I, DUM VIVIRET, GRATIOSISSIMI,

...SEPTEMBRIS PLACIDO FUNCTI FATO

...S CUM CELEBRARENTUR

...EXEQUIÆ,

...RES HOSCE FERALES
AD TUMULUM

...TI CULTUS & OFFICII ERGO

...SIMA SIMUL AC LUGUBRI MENTE
SPARGERE VOLUIT
...MÆ CELSISSIMÆQUE DOMUS

STOLBERGENSIS

... SUBJECTISSIMUS, OBSEQUIOSISSIMUS
...S FRIEDERICUS STIEBER,
...CONSILIIS AULÆ & JUSTITIÆ.

...NUNGÆ TYP. EXPR. ANNO R. S.
M DCC XLVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-301805-p0009-0